

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[De Eo Quod Non Sit Pater Antequam Filius, Sed Coaeternus Sit Filius Patri. In Libro Primo De
Genesi. Origines]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

C corporeæ admixtionis, una sola, ut ita dixerim, deitatis specie constare. PAMPHILVS. Hæc in libro primo per archon scribit de diuina natura. In secundo uero, quia idem deus ueteris & noui testamēti sit, hoc modo refert, ORIGENES. His p ordinē put potuimus breuiter digestis: cōsequēs est secundū id qd ex initio ppositū est, cōfutare etiā eos q putant aliū deū esse patrē dñi nostri Iesu Christi, præter illū q uel Moyſi responsa legis dabat, uel pphetas mittebat, q est deus patrū, Abrahā, Isaac, & Iacob. Oportet em̄ primo in hac nos fidei ratiōe firmari. Cōsiderandū ergo est illud qd frequēter in euāgelijis dicit: & singulis qbusq; dñi & saluatoris nostri gestis adiūgit: ut impleat quod dictū est p pphetā illū & illū, cū manifestū sit pphetas esse illi⁹ dei q mundū fecit. Ex ipsa ergo cōsequētia concludit: qm̄ q pphetas misit, quæ de Christo credenda erant ipse pdixit: & dubiū nō est quod hæc nō alienus quis ab eo, sed pater ipsius pdicebat. Sed & illud quod frequēter exēpla de ueteri testamēto a saluatore pferūtur, uel ab apostolis eius: nō aliud indicat, nisi quod authoritas ueteribus a saluatore & ab eius discipulis adhibetur. Sed & illud quod ad benignitatē puocans discipulos suos, saluator ait: Estote pfecti sicut & pater uester cōlestis pfectus est: q solē suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos: Cuius em̄ exiguæ intelligētix uiro euidentissimū nō suggerit intellectū, quod aliū ad imitādū nō pponit discipulis suis deū: nisi factorē solis & imbriū præbitorē. PAMPHILVS. Post hæc in cōsequētibus multis argumentis atq; exemplis scripturæ affirmans ostendit: qm̄ unus atq; idem, deus legis est & euangeliorum & prophetarū & apostolorū, iustus & bonus, uisibiliū & inuisibiliū ac totius uniuersitatis dñs. Quomodo ergo senserit de deo patre: ex his ei⁹ scriptis quæ supra exposuimus clauit. Videamus nunc qualiter & de dei filio differat.

DE DEITATE FILII DEI. ORIGENES

Ro uiribus ergo nostris perexiguīs, cōsiderata ex operū suorū magis q̄ ex nostri sensus cōtemplatione diuina natura, intuitisq; nihilominus creaturis eius uisibilibus: & cōtemplatis quia non oīa uel oculis uidere potest humana fragilitas uel ratione cōplecti, eo quod omniū rationabiliū infirmius & fragilius animal sum⁹ homines: Præstātiora em̄ sūt ea quæ uel in cœlo uel sup cœlos habent: superest ut harū omniū creaturarū, & dei mediū, id est, mediatorem quæramus: quē Paulus apostolus primogenitū omnis creaturæ pronunciat. Videntes em̄ ea quæ de eius maiestate in scripturis sanctis referunt, & intuentes quod imago inuisibilis dei & primogenitus omnis creaturæ dicat, & quod in ipso creata sint oīa, siue quæ in cœlis, siue quæ in terra sunt uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dñatiōes, siue principat⁹ siue potestates, oīa p ipm̄, & in ipso creata sūt: & ipse est añ oēs: & oīa illi cōstāt q est caput omniū, solū habēs caput deū patrē, sicut scriptū est: Caput autē Christi de⁹: peruidētes etiā quod scriptū est, qm̄ nemo nouit patrē nisi filius, neq; filium quis nouit nisi pater. Quis em̄ potest nosse quæ sit sapiētia, nisi q genuit eā. Aut quis ad liquidū quæ sit ueritas nouit, nisi ueritatis pater. Quis certe uniuersam uerbi sui naturam atq; ipsius dei, quæ ex deo est inuestigare potuit: nisi solus deus apud quē erat uerbum. Vnde p certo habere debemus, quod hoc uerbū siue ratio dicēda sit: hæc sapiētia, hæc ueritatē nullus alius nisi pater nouit: de quo sicut scriptum est: ne ipm̄ quidem mundū capere arbitror libros qui scriberent de maiestate & gloria filij dei. Impossibile nāq; est litteris cōmittere quæ ad saluatoris gloriā pertinet. PAMPHILVS. Vnū istud testimoniū de deitate filij dei ex illis libris protulimus: q maxime ab accusatoribus arguitur. Dubium autem non est quod eodem sensu etiā in ceteris sentiat: nec sit sibi ipsi cōtrarius.

DE EO Q VOD NON SIT PATER ANTEQ VAM FILIUS, SED COÆTER NVS SIT FILIUS PATRI. IN LIBRO PRIMO DE GENESI. ORIGENES:

Non em̄ de⁹ cū prius nō esset pater, postea pater esse cœpit: uelut impeditus aliqub⁹ ex causis, qbus hoīes mortales impedi solent: ut non statim ex quo sunt & patres esse possint. Si em̄ pfectus est deus semp: nec deest ei uirtus qua pater sit, & bonū est esse eū patrē talis filij: quid differt, aut quare hoc bono fraudat se, ut nō statim si ita dici pōt, ex quo potest esse pater efficiatur pater. Idipm̄ autē etiā de spū sancto dicendum est, PAMPHI. Aliud quoq; testimoniū de eadē re ex libris epistolæ ad Hebræos. ORIGE: Lux autē æterna qd aliud sentiendū est q̄ deus pater: q nuncq; fuit quādo lux quidē esset, splendor uero ei nō adesset. Neq; em̄ lux sine splendore suo unq; intelligi pōt. Quod si uerum est, nuncq; est quādo filius nō fuit. Erat autē nō sicut de æterna luce diximus: ne duo principia lucis uideamus

A uideamur inducere: sed sicut ingenitæ lucis splendor, ipsam illā lucē initiū habens ac fontē. Natus quidē ex ipsa: sed nō erat quādo nō erat. PAMPHI. Aliud testimoniū de eadē re de libris epistolæ ad Romanos. ORIGENES. Quod p̄miserat, inquit, p̄phetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est secundum carnē ex semine Dauid: Factus est quod ante nō erat. Manifestū est em̄ quia secundū carnē nō erat pri⁹, secundū sp̄m uero erat añ, & nō erat qñ nō erat.

ITEM IN PRIMO LIBRO PERI ARCHON. QVOD EXTRA

VLLVM INITIVM EST GENERATIO FILII DEI. ORIGENES.

S I ergo semel recte receptū est unigenitū filiū dei, sapientiā eius esse substantialiter subsistentē: nescio si ultra iam euagari sensus noster debeat ad suspicandū ne forte ipsa substantia eius corporeum aliquid habeat: cum omne quod corporeū est, uel habitu, uel colore, uel magnitudine designet. Et quis unq̄ sani sensus, habitū uel colorē aut mēsurā magnitudinē in sapiētia requirit p̄ quod sapiētia est? Quō autē extra huius sapiētiae generationē fuisse aliquādo deū patrē, uel ad punctū momēti alicuius, pōt quis sentire uel credere: q̄ tamē piū aliquid de deo intelligere nouerit uel sentire? Aut em̄ nō potuisse deum dicit generare sapientiā añq̄ generaret, ut eā quæ non erat, postea genuerit ut esset: aut potuisse quidē: & qd̄ nec dici de deo quidē fas est, noluisse generare. Qd̄ utrūq̄ & absurdū esse & impiū oibus patet: id est, nō ex eo qd̄ nō potuit deus p̄ficere ut posset: & ex eo cū posset, dissimularet generare sapientiā. Propter quod nos semp nouimus deū patrē unigeniti filij sui, ex ipso qd̄ dem nati, & quod est ab ipso trahētis: sine ullo tamē initio, nō solū eo quod aliquibus tēporū spatijs distingui potest: sed ne illo quidē quod sola apud semetip̄am mens intueri solet: & nudo, ut ita dixerim, intellectu atq̄ animo cōspicari. Extra om̄e ergo quod uel dici uel intelligi potest initium: generatā esse credendū est sapientiā. PAMPHI. Aliud testimoniū de eisdem. ORIGENES. Qui autē initiū dat uerbo dei uel sapientiæ dei: intueri ne magis in ip̄m ingenitū patrē impietate suā iactet: cū eū neget semp patrē fuisse & genuisse uerbū: & habuisse sapientiā anteriorib⁹ uel tēporib⁹ uel sæculis, uel si qd̄ aliud est qd̄ noiari pōt. PAMPHI. Itē aliud testimoniū de eisdē. ORIGENES. Efficit ergo uirt⁹ altera in sua p̄prietate subsistēs: ut ait sermo scripturæ, uapor qd̄ primæ & ingenitæ uirtutis dei: hoc quidē qd̄ est inde trahens: nō est autē qñ nō fuerit. Si em̄ qs uoluerit dicere, quasi prius nō extiterit, sed postea ad subsistentiā uenerit: dicat causam quare q̄ eā substituit pater, añ hoc nō fecerit. Quod si aliqd̄ semel initiū dederit, quo uapor iste ex dei uirtute p̄cesserit: iterū interrogabim⁹: Quare nō & añ illud quod dixit initiū? Et ita semp de anteriorib⁹ inquirētes, & uerbo interrogatiōis ascendētes, pueniemus ad illū intellectū: ut qm̄ semper & poterat deus & uolebat, nūq̄ uel decuit, uel aliqua causā existere potuit: ut nō bonū hoc qd̄ uolebat semp habuerit. Ex quo ostendit⁹ semp fuisse uaporē istū uirtutis dei: nullū habentē initiū nisi ip̄m deū. Neq̄ em̄ decebat aliud ei esse initiū nisi ip̄m unde est & nascit⁹ deū: secundū Apostolū uero dicentē: quia Christus dei uirtus est: iā non solū uapor uirtutis dei, sed uirtus ex uirtute dicēda est. PAMPHI. Itē aliud testimoniū de eisdē. ORIGENES. Sempiternū uel æternū p̄prie dicit⁹: qd̄ neq̄ initiū ut esset habuit, neq̄ cessare unq̄ pōt eē qd̄ est. Hoc autē designat apud Iohannē cū dicit, qm̄ deus lux est. Splendor autē lucis eius sapiētia sua est: nō solū secundū qd̄ lux est, ita ut æternitatis splendor sit sapiētia sua. Qd̄ si integre intelligat⁹: manifeste declarat, quia subsistentia filij ab ipso patre descendit, sed non temporaliter, neq̄ ab ullo alio initio nisi ut diximus ab ipso deo. PAMPHILVS. Item aliud testimonium de libro primo. ORIGENES. Infandum autem est & illicitum, deum patrem, generationem filij sui unigeniti atq̄ substantiæ eius, ex æquæ alicui uel hominum uel aliorū animantium generationi: sed necesse est exceptum aliquid esse & deo dignum, cuius nulla prorsus cōparatio nō in rebus solum, sed ne in cogitatione quidem uel sensu inueniri potest: ut humana cogitatio possit apprehēdere quomodo ingenitus deus efficit⁹ pater unigeniti filij. Est nāq̄ ita æterna ac sempiterna generatio: sicut splendor generatur ex luce. Non em̄ per adoptionē spūs, filius fit extrinsecus: sed natura filius est. PAMPHI. Itē de eodē aliud testimoniū. ORIGENES. Videamus ergo quid sit saluator noster. Splendor dicit⁹ etiā gloriæ: id est, splendor luminis æterni. Et certū est, quia splendor ex lumine inseparabiliter generatur: & donec permanet lux, permanet semper & splendor. Saluator ergo noster qui sapientia est: sapientia autē dei ipsa est splendor æternæ lucis: inseparabiliter & indefinenter generat⁹